



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Maiores Ordinibus initiandi se præparent ad sacram Communionem  
Sabbato Ordinationis die sumendam, n. 36.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

*Maioribus Ordinibus iniciandi se præparent ad sacram Communionem Sabbato Ordinationis die sumendam.*

XXXVI. Singuli maioribus Ordinibus iniciandi sese præparent, præviâ Sacramentali Confessione, & ad sacram Communionem eodem Sabbato Ordinationis reuerenter ac deuorè sumendam, hoc modo; videlicet, postquam Episcopus Ordinator se communicauerit, accedent ad Altare b Presbyteri, deinde Diaconi, postremò Subdiaconi; quibus ordinati: genuflectentibus, & Episcopo ad eos conuerso, singuli Diaconi, & Subdiaconi tantum dicent, submissa voce, *Confiteor Deo Omnipotenti &c.* vel vnus illorum cantabit *Confiteor &c.* deinde data per Episcopum absolutione & benedictione, ordinati ad supremum gradum altaris accedent, & quilibet ibidem genuflexus, priusquam Sanctissimâ Communionem sumat, manum Episcopi sacram Hostiam tenentem osculabitur, sacraque Communionem sumpta, respondet; AMEN: cum surgens, purificatio-



eratione à Ministro apud cornu Epistolæ altaris stante acceptâ, ad partem se locabit.

a *Statuta Sifridi Archiep. Colon. cap. 9. pag. 44. Concil. Prouinc. Colonien. sub Hermannō s. part. 1. c. 26. pag. 346.* b *Pontificale Rom. tit. de Ordinac. Presb. pag. 51. & 52.*

*Singuli Sacro Presbyteratus Ordine ini-  
tiandi adferant mappulam mundam,  
ac Missale Romanum.*

XXXVII. Sacro Presbyteratus Ordine insigniendi mappulam quoque albam & honestam pro manibus inunctis colligandis secum adferant; atque singuli vnum Missale Romanum, vel saltem nouum Colonienſe instar Romani correctum, vt Episcopo Ordinatore celebranti concelebrare possint, & omnia dicere, præsertim verba Consecrationis, quæ dici debent eo momento per Ordinatos Sacerdotes, quo dicuntur per Episcopum Ordinatorem.

a *Pontif. Roman. tit. de Ordinac. Presb. pag. 40.*